



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Matrimonium conditionatum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

dormientes, amentes, ebrios, furiosos, quamdiu carent lucido
intervallo: quia non possunt esse praesentes humano modo;
sicut nec Parochus & testes transiuentes, ob eamdem ratio-
nem *Ibid. n. 45. 46. & 49.*

36. Contrahens matrimonium sine Parocho & testibus,
non redditur inhabilis ad contrahendum aliud matrimo-
nium *Ibid. num. 50.*

37. Matrimonium clandestinum nullam inducit obligatio-
nem cum sit iritum, nisi forte contrahentes habuerint ani-
mum obligandi se eo modo, quo possent. *Ibid. num. 51.*

38. Ad faciendum validum matrimonium quod revera est
invalidum defectu consensus interni, vel ratione gravis me-
rus, sufficit si solum consensus internus de novo praestetur ab
eo qui consenserat ficte, aut per metum gravem, modo alter
sponsus, qui ante a verè consenserat, non revocaverit suum
consensum, quem signo aliquo externo exprimere non est
necessarium. *Ib. punct. 9. num. 1. & 3.*

39. Ad validandum matrimonium quod fuit invalidum ob
impedimentum dirimens, necessarius est cessante tali impe-
dimento novus viriusque consensus signo externo expressus,
nec sufficit consensus ejus tantum qui novit impedimentum.
Ibid. n. 6.

40. Validum est matrimonium cum falso errore impedi-
menti celebratum, si contrahentes intendant contrahere,
quantum in ipsis est: sicut etiam validum est matrimonium
eorum qui credunt adhuc vivere priorem conjugem, cum
mortuus sit, si ambo contrahant cum intentione quatenus
possunt. *Ibid. num. 8. & 9.*

41. Ad validandum matrimonium invalidum ob impedi-
mentum dirimens, non requiritur praesentia Parochi & te-
stium, si impedimentum illis ignotum fuit: nec tenentur de
novo benedictionem recipere. *Ibid. n. 10. & 11.*

Matrimonium conditionatum.

42. Conditionum quæ in contractu matrimonii appo-
ni possunt, alia est necessaria, cuius eventus non est expe-
ctandus, cum habeatur pro impleta: alia turpis, & hæc irri-
tac matrimonium quando est de futuro praestanda, & con-
tra substantiam matrimonii, id est contra bonum prolis, fi-
dei, seu fidelitatis: aliae impertinentes, aliae impossibilis, aliae
ho-

honesta, aliæ de præterito, aliæ de præsenti, & aliæ de futuro.
Unde patet matrimonium his conditionibus celebratum
Duco te in uxorem, si crux sol orietur, &c. aut, contra haec tamen si pater meus è vita migraverit: aut, contra hoc tecum si An-
christus nascetur; si es virgo, &c. statim validum esse. Hasta-
mnen recipere debet Parochus in celebratione matrimonii. I-
validum vero est matrimonium his conditionibus: Contra-
tecum si filios occidas, aut abjicias ut moriantur, &c. obratio-
nem jam dictam, aut contractum cum pacto numquam colo-
bitandi simul. Ibid. punct. 10. n. 1. & seqq.

43. Condicio impossibilis tam de præterito, quam de fu-
turo, non irritat matrimonium: ut si dicatur, *contra te cum i-*
montem istum in mare transstuleris, & ad sit consensu con-
tingentium absolutus. Ibid. num. 16.

44. Matrimonium celebratum sub conditione honesta de
præsenti, vel de præterito, validum est, si res ita est: ut *contra*
tecum si diues es. Si vero condicio sic de futuro, matrimonium
non est validum ante conditionis eventum. Hinc sicuti quod
per verba de præsenti contraxit matrimonium cum duabus
sub conditione de futuro, fiat maritus illius, cuius condicio
prius adimpletur. Ibid. n. 20 & 21.

45. Matrimonium contractum sub conditione impertinen-
ti de futuro, non est validum, antequam verificetur condicio:
validum vero est, ea verificata & adimplenta. Ibid. n. 24.

46. Validum est matrimonium inter habentes impedimen-
tum celebratum sub conditione, *si Papa dispensaverit, Ibid.*
num. 23.

47. Ex his patet quid dicendum de sponsalibus sub condi-
tione celebratis. Ibid. num. 26.

48. Matrimonium etiam non consummatum, est indissolu-
ibile jure naturali & divino: *quod Deus conjunxit, homo non*
separat, nec dissolvi potest propter adulterium: potest tamen
Summus Pontifex dispensare in matrimonio rato, ad tollen-
das graves discordias, vel vitandum perversionis periculum.
Ibid. punct. 11. num. 2 & seqq.

Matrimonii impedimenta dirimentia.

49. Impedimenta jure naturæ dirimentia matrimonium,
sunt defectus usus rationis, error circa personam, impotensia
perpetua ad coendum, &c. Ibid. q. 3. punct. 1. n. 1.

so Ec.